

## TRADUCTION ET COMMENTAIRE D'UN TEXTE LATIN

Commenter le texte suivant, après avoir traduit le passage en italique (depuis *Omnes Germanico corporis animique uirtutes* jusqu'à *primus adgressus est*).

### **Eloge de Germanicus, neveu de Tibère et père et de Caligula, empoisonné par un certain Pison**

*Omnes Germanico corporis animique uirtutes, et quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat: formam et fortitudinem egregiam, ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens, beniuolentiam singularem conciliandaeque hominum gratiae ac promerendi amoris mirum et efficax studium. Formae minus congruebat gracilitas crurum, sed ea quoque paulatim repleta assidua equi uectatione post cibum. Hostem comminus saepe percussit. Orauit causas, etiam triumphalis; atque inter cetera studiorum monimenta reliquit et comoedias Graecas. Domi forisque ciuilibus, libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Sicubi clarorum uirorum sepulcra cognosceret, inferias Manibus dabat. Caesarum clade Variana<sup>1</sup> ueteres ac dispersas reliquias uno tumultu humaturus, colligere sua manu et comportare primus adgressus est.*

Obtrectatoribus etiam, qualescumque et quantacumque de causa nactus esset, lenis adeo et innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti, clientelas diuexanti non prius suscensere in animum induxerit, quam ueneficiis quoque et deuotionibus impugnari se comperisset; ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut amicitiam ei more maiorum renuntiaret mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret.

Quarum uirtutum fructum uberrimum tulit, sic probatus et dilectus a suis, ut Augustus (omitto enim necessitudines reliquas) diu cunctatus an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit; sic uulgo fauorabilis, ut plurimi tradant, quotiens aliquo adueniret uel sicunde discederet, prae turba occurrentium prosequentiumue nonnumquam eum discrimen uitae adisse, e Germania uero post compressam seditionem reuertenti praetorianas cohortes uniuersas prodisse obuiam, quamuis pronuntiatum esset, ut duae tantum modo exirent, populi autem Romani sexum, aetatem, ordinem omnem usque ad uicesimum lapidem effudisse se.

Tamen longe maiora et firmiora de eo iudicia in morte ac post mortem extiterunt. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subuersae deum arae, Lares a quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi. Quin et barbaros ferunt, quibus intestinum quibusque aduersus nos bellum esset, uelut in domestico communique maerore consensisse ad indutias; regulos quosdam barbam posuisse et uxoribus capita rasisse ad indicium maximi luctus; regum etiam regem et exercitatione uenandi et conuictu megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustiti instar est.

Suétone, *Vie de Caligula*

Note :

1- *clade Variana* : référence historique à la défaite de Varus contre les Germains, en 9 av. J.-C.

[Partie à traduire]

Même à l'égard de ses détracteurs, quels qu'ils fussent et si graves que pussent être leurs torts, il se montrait si doux, si peu vindicatif, que voyant Pison révoquer ses ordonnances, persécuter ses clients, il ne se décida point à lui témoigner son ressentiment avant d'avoir appris qu'il employait contre lui jusqu'à des sortilèges et des maléfices ; même alors, il se contenta de le prévenir, suivant l'usage des ancêtres, qu'il renonçait à son amitié, et de confier à ses intimes le soin de le venger, s'il lui arrivait malheur.

De semblables vertus portèrent largement leur fruit : il fut tellement estimé et chéri de ses parents, qu'Auguste, pour ne rien dire des autres, après s'être longtemps demandé s'il ne le choisirait pas comme successeur, le fit adopter par Tibère ; tellement en faveur auprès du peuple, que, suivant un grand nombre d'auteurs, toutes les fois qu'il arrivait à quelque endroit ou qu'il en partait, des foules accouraient à sa rencontre ou à sa suite, parfois au risque de l'étouffer ; en particulier, lorsqu'il revint de Germanie après avoir apaisé la révolte de l'armée, toutes les cohortes prétoriennes se portèrent au-devant de lui, quoique deux d'entre elles seulement eussent reçu l'ordre de quitter Rome, et le peuple romain, sans distinction de sexe, d'âge ni de condition, se répandit sur sa route jusqu'au vingtième milliaire.

Mais les sentiments qu'il inspirait se manifestèrent avec beaucoup plus d'éclat et de force quand il mourut et après sa mort. Le jour où il périt, on lança des pierres contre les temples, on renversa les autels des dieux, certains particuliers jetèrent à la rue les lares de la famille ou exposèrent leurs enfants nouveau-nés. On rapporte même que les barbares alors en guerre entre eux ou contre nous consentirent à une trêve, comme s'ils avaient perdu l'un des leurs et partagé notre affliction ; que certains petits rois, en signe de très grand deuil, se coupèrent la barbe et firent raser la tête de leurs femmes ; que le roi des rois lui-même s'abstint de chasser et de recevoir les grands à sa table, ce qui, chez les Parthes, correspond à la suspension des affaires.

Traduction Henri Ailloud (1931)